 facit et. **S**icut

meum. loquar propositiones ab invicem
Quanta audivimus et cognovimus ea. et patres nri narrauerunt nobis. **N**on sunt occupata a filiis eor. in generatione altera. **F**ilii qui nascentur et erurgent. e narraunt filii sui. **U**t ponant in deo spem sua. et non obliuiscantur opu dei. et misericordia eius expirant. **N**e sicut sicut patres eor. generatio prima et exasperant. **G**eneratio que non dicitur cor sui. et non e credidit omni deo spe eius. **F**ilii effrem interitentes et mimentes arcu. conueri sunt in die belli. **N**on custodierunt testamētum dei. et in lege ei npluerunt ambulare. **E**t obliu sunt benefactorum eius. et mirabilia ei que ostendit eis. **C**orum patribz eor. fecit mirabilia in terra egypti. in campo taneos.

†

† **N**arrantes laudes dñi et vtutes eor. et mirabilia que fecit. Et culatant testamētum iacob. et teposuit in isrl. **Q**uanta mandauit patribz meis. face ea filijs suis. ut agnoscat gñs. alta. †

Interripit mare et perduxit eos.
eo statuit aquas quasi inuitre. **E**t de-
duxit eos in nube diei et tota nocte
in illuminatione ignis. **I**nterripit
petram in heremo et ad aquavit
eos uelut in abyſſo multa. **E**t eduxit
aquam de petra et deduxit tamquam
flumina aquas. **E**t appoluerunt
ad huc peccare ei. inuis excitaerunt
excelsum in iniquitate. **E**t temptaue-
runt in cordibus suis. ut peccarent e-
scas amonabz suis. **E**t male locuti
sunt de deo. dixerunt poterit num-
quit deus. parare mensam in deserta.
Quo percussit petram et fluxerunt
aque. et torrentes mundauerunt.
Numquid et panem poterit dare.
aut parare mensam populo suo.
In deo audierunt. aut. et distulit. et
ignis accersit e in iacob. et ua-

- deu

ascendit in israhel. **Q**uia non credi-
 derunt in deo. nec sperauerunt in sa-
 lutari eius. **E**t mandauit nubibus
 desuper. et uentus celi aperuit. **E**t
 pluit illis manna ad manducandum.
 et panem celi dedit eis. **P**anem ange-
 lorum manducauit homo. cibaria
 misit eis in habundantia. **G**rans-
 tulit austrum de celo. et induxit in-
 iuriam suam afflicti. **E**t pluit sup-
 eos sicut puluerem carnes. et sicut
 arenam maris uolantia pennata.
Et ceciderunt in medio castrorum eorum.
 circa tabernacula eorum. **E**t mandu-
 cauerunt et saturati sunt nimis.
 et desiderium eorum acculit eis. non sunt
 fraudati a desiderio suo. **A**d huc
 esse eorum erant motus uerborum. et uis dei
 ascendit super eos. **E**t occidit pingues
 eorum. et electos israhel impediunt.

In omnibus hijs peccauerunt ad huc,
et non crediderunt in mirabilibus
eius. **E**t defecerunt in uanitate di
ei eorum. et anni eorum cum festinatio
ne. **C**um occideret eos querebant
eum. et reuertebantur et diluculo ue
niebant ad eum. **E**t rememorati
sunt quia deus adiutor est eorum. et de
us excelsus redemptor eorum est. **E**t
dilexerunt eum in ore suo. et lingua
sua mentati sunt ei. **C**or autem iporum
non erat rectum cum eo. nec fideles ha
biti sunt in testamento ei. **I**pse autem
est misericors. et misericors fiet peccatis eorum.
et non disperdet eos. **E**t habundauit
ut auerteret suam. et non accedat
omne iram suam. **E**t recordatus est
quia caro sunt. spiritus uadens et non re
diens. **Q**uocient exacerbauerunt
eum in deserto. in iram concitauerunt

isio

ram

runt eum in inaquoso. **E**t con
 uersi sunt et temptauerunt deū.
 et scā ihrahel exacerbauerunt. **N**ō
 sunt recordati manus eius. die qua
 redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit in egypto signa sua.
 et prodigia sua in campo taneos. **E**t
 conuertit in sanguinem flumina
 eorū. et ymbres eorū ne biberent. **A**
 sic in eos cynomiam et comedit eos.
 et ranam et disperdidit eos. **E**t de
 dit erugini fructus eorū. et labores
 eorū locuste. **E**t occidit in grandine
 iuueas eorū. et morsos eorū in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eorū.
 et possessionem eorū igni. **A** sic in eos
 iram indignationis sue. indignatio
 nis et iram et tribulationē. in missi
 ones: p̄ angelos malos. **V**iam fecit
 semite ire sue. non peperit a morte



animarū eorū et uimenta eorū in mo-
 te concludit. **E**t percussit omne primo
 genitum in egypti. primicias laboris
 eorū in tabernaculis cham. **E**t abstulit
 sicut oues populum suum. et y-
 duxit eos tanquam gregem in deserta.
Et eduxit eos in spe et non timue-
 runt. et inimicos eorū operuit mare.
Et induxit eos in montē sanctifica-
 tionis sue. montē quē adquisiuit
 pexera ei. **E**t elegit a facie eorū gen-
 tes. et sorte diuisit eis terram in su-
 niculo distributionis. **E**t habitare
 fecit in tabernaculis eorū. tribus israel.
Et temptauerunt et exacerbaue-
 runt deum excessum. et testimonia
 eius non custodierunt. **E**t auerte-
 runt se et non seruauerunt pactum.
 quemadmodum patet eorū. con-
 uersi sunt marum prauū. **T**riua

conuerti sunt
 et in deserto
 non timuerunt
 et inimicos eorū
 operuit mare
 et induxit eos
 in montē sanctifica-
 tionis sue
 et elegit a facie
 eorū gentes
 et sorte diuisit
 eis terram in
 niculo distribu-
 tionis
 et habitare
 fecit in taberna-
 culis eorū
 tribus israel
 et temptauerunt
 et exacerbaue-
 runt deum
 excessum
 et testimonia
 eius non custodierunt
 et auerterunt
 se et non seruauerunt
 pactum
 quemadmodum
 patet eorū
 conuersi sunt
 marum prauū
 triua

concitauerunt eum in collibus suis
Et in sculpulis suis ad emulatio-
 nem eum prouocauerunt. **R**udi-
 uit deus et spiritus et ad nihil
 redegit ualde israhel. **E**t repulit
 tabernaculum sylo, tabernaculum
 suum ubi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitate uirtute
 eorum et pulcritudine eorum in man-
 uum inimici. **E**t conclusit in gladio
 populum suum et hereditatem suam
 sperit. **I**uuenes eorum comedit ig-
 nis et uirgines eorum non sunt la-
 mentate. **S**acerdotes eorum in gla-
 dio ceciderunt et uidue eorum non
 plorabant. **E**t exortatus est tam-
 quam dormiens dominus, tamquam
 potens acipulatus a uino. **E**t per-
 cussit inimicos suos in posteriora,
 obprobrium sempiternum dedit

Ani Inclinate aurem vram in uerba oris mei

dedit illi. **E**t repleuit tabernaculum ioseph. et tribum effrem non elegit. **S**ed elegit tribum iuda. montem syon quem dilexit. **E**t edificauit sicut uniuersorum sanctificium suum. in terra quam fundauit in secula. **E**t elegit dauid seruum suum. et sustulit eum de gregibus omnium. de post fetantes accepit eum. **P**ascere iacob seruum suum. et israhel hereditatem suam. **E**t pascit eos in innotencia cordis sui. et in intellectu manuum suarum deduxit eos. **psalmus.**

Qui uenerunt gentes in hereditatem tuam. polluerunt templum sanctum tuum. posuerunt iherusalem in perniciem custodia. **P**osuerunt mortuam in seruios tuos. et eas uolatilibus caeli. carnes sanctorum tuorum. bestis ter

re. Effuderunt sanguine ipsorum ta-
 quam aquam in circuitu iherusa-
 lem. et non erat qui sepeliret. **P**aci-
 sumus obprobrium manuum nostrarum sub
 sanna et alusio hys qui maraui-
 uis sunt. **U**squequo domine ualseris in
 finem. accendetur uelud ignis helu-
 tius. **E**ffunde iram tuam in gentes
 que te non nouerunt. et in regna
 que nomen tuum non inuocauerunt.
Quia comederunt iacob. et locum
 eius desolauerunt. **N**e memineris
 iniquitatum nostrarum antiquarum.
 cito anticipa nos misericordie tue.
 quia pauperes facti sumus nimis. **A**d-
 uina nos deus saluauit noster. **P**ropter
 gloriam nominis tui libera nos. **et**
domine et propicia esto peccatis nostris
 propter nomen tuum. **N**e forte dicant
 in gentibus ubi est deus eorum. et in note

Propitius esto peccatis nostris domine
Deus in seculo via tua.

scio in nationibus coram oculis nostris.
Uno sanguinis serui tuorum qui est
fusus est in uentem in conspectu tuo ge
mitus conpeditorum. **S**econdum mag
nitudinem brachii tui, posside fili
os mortificatorum. **E**t redde uicinis
nostris septuplum in sinu eorum, in pro
petuum ipsorum quod exprobrauerunt
tibi domine. **N**os autem populus tuus
et oues pasture tue, confitebimur ti
bi in seculo. **I**n generatione et gene
ratione, adnuntiabimus laudem tuam.

Dixit dominus regi
israhel intende, qui deducit
ut velud agnoscas ouem ioseph.
Qui sedet super cherubim,
manifestare coram effraim, venia
min et manasse. **E**xalta potentiam
tuam, et ueni in saluos facias nos. **D**e
us conuertere nos, et ostende faciem tuam

et salu erimus. **D**no deus uirtutum,
 quo uisitalteris super oratione seru-
 tu. **G**ibabit nos pane lacrimarum,
 et potum dabit nobis in lacrimis
 in mensura. **P**osisti nos in contra-
 dictionem uicinis nr̄is, et inimici
 nr̄i subannauerunt nos. **D**eus uir-
 tutum conuertere nos, et ostende face-
 tia et salu erimus. **V**ineam de egyp-
 to transtulisti, eiecisti gentes et plan-
 tasti ea. **D**ux itineris fuisti in conspec-
 tu ei, et plantasti iudices ei, et im-
 pleuit terram. **O**peruit montes
 umbra ei, et arbusta ei cedros dei.
Extenchit palmites suos usq; ad
 mare, et usq; ad flumen propagi-
 nes eius. **V**t quid destruxisti ma-
 ceriam eius, et uindemiant eam
 omnes qui pretergreduntur uia.
Exterminauit eam aper de silua.



et singularis ferus depallus e ea,
Deus uirtutum conuertere, respice
de celo et uide et uisita uineam istam.
Et p[ro]fice eam quam planta
uir dextera tua, et sup[er] filium quem
confirmasti tibi. **I**n nauis igni et
sufosia, ab inaeptatione uultu tu
peribunt. **F**iat manus tua super
uirum dextere tue, et sup[er] filium
hominis quem confirmasti tibi. **E**t
non discedimus a te, iuuuabim[us] nos,
et nomen tuu[m] inuocabimus. **O**ne



Deus uirtutum
conuerte nos
et ostende faci
em tua[m] et sal
ui orimus.

PVL
GAT

Deo adiutori nr̄. iubilate deo
 iacob. **S**umite psalmū et date
 tympanum. psalteriū iocundum
 cum cythara. **B**ucinate in neo me
 na tuba. in insigni die sollempni
 tatis nr̄e. **Q**uia preceptum israel
 ē. et iudicium deo iacob. **G**estimo
 nū ioseph posuit illud. cum exi
 ret de terra egypti. linguam quā
 non nouerat audiuit. **U**ertit ab
 uentis dorsum ei. manus ei in caphi
 no seruerunt. **I**n tribulatione in
 uocasti me. et liberaui te. et exau
 diui te in abscondito tempestatis.
 probam te apud aquā contradictione
 nis. **A**udi populus meus et contes
 tabor te. israel si audierit me non
 erit uir deus regens. neq. adorabū
 deum alienū. **E**go enī sum dñs de
 us tuus qui eduxi te de terra egypti

u dilata os tuum et implebo illud.

Et non audiuit populus meus uocem meam, et israhel non intendit michi. **E**t dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me, israhel si inuisit meis ambulasset. **P**er nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem, et super tribulantes eos misissem manum meam. **I**n uniuersa omnia mentati sunt ei, et tempus eorum in secula.

Et abauit illos ex adipe frumenti, et de perna melle satiuauit.

Cus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diuiduat. **U**sque quo iudicans iniquitatem, et facies peccatorum summis. **I**udicatus egens et pupillo, humilis et pauperem iustificare. **E**t riperit pauperem,

et egeum de manu peccatoris liberate

Nescierunt neq; intellexerunt in
tenebris ambulans; mouebimur
omnia fundamenta terre. **E**go di
xi ad esurios et filii excelsi omnes:

Vos autē sicut homines morietimi
ni; et sicut unus de principib; ca
dent. **S**urge deus iudica terram;
quō tu hereditabis in omnib; gena
tibus.

Dulciter erit tibi; ne tace
as neq; cōpescaris deus. **Q**uō
eas inimici tui conuerūt;

et qui oderunt te exaderunt capite;

Sup populū tuū malignauerunt
consiliū; et cogitauerunt aduer
sus sanctos tuos. **D**ixerunt uenite
et disperdamus eos de gente; et nō
memoratur nomen israhel ultra;

Quō cogitauerunt unauimiter;

simul / aduersus te testamentū
dispofuerunt / tabernacula idume
orunn et / amahelute. **Q**oab et aga
ren / gebal et amon et amalech
alienigene cum habitantibus tyru.
Et enim asur uenit cum illis / fac
ti sunt in adiutorium filijs loth.
Fac illis sicut madian / et cysare.
sicut iabin in torrente / cyslon. **Q**u
terunt in endor / facti sunt ut ster
cul terre. **P**one principes eorū sicut
orb / et heb et zebec et salmana.
Omnēs principes eorū qui dixerūt
hereditate possideamus sanctuari
um dei. **D**eus meus pone illos ut
rotam. **S**icut stipulam ante faciē
uenti. **S**icut ignis qui comburit
siluam / et sicut flamma comburēt
montes. **T**ra persequeris illos in
tempestate tua / et ira tua tu

et

babit eos. **I**mple facies eorum ignomi-
nia, et querent nomen tuum domine,
Erubescant et conturbentur in
seculum seculi, et confundantur et
pereant. **E**t cognoscant quia no-
men tui domine, tu solus in omni terra,

Quam dilecta sunt **o**mnibus
tabernacula tua domine virtuti-
tuum, concupiscat et desinat
anima mea in atriis domini,

Cor meum
et caro mea, exultauerunt in deum
uiuum. **E**t enim passer inuenit si-
bi domum, et turtur nidum sibi ubi
ponat pullos suos. **A**tria tua

domine uirtutum, rex meus rex est
Deus meus. **B**eati qui habitauerunt in
domo tua, in secula sanctorum lauda-
bunt te. **B**eatus uir cuius est auxi-
lium absterge ascensionem montis

suo disposuit in ualle lacrimarū
in loco quē posuit. **E**t enim benedic
tiones dabit legis lauro. **U**erunt de
uirtute in uirtutem. **U**idebitur de
us deoꝝ in syon. **D**ñe deus exaudi
oratiōis meam. **A**uribus percipe de
us iacob. **P**roccator nō aspice deus.
et respice in faciem xp̄i tui. **Q**uia
melior ē dies una in atrijs tuis. sū
per milia. **E**t legi abiectus esse in
domo dei mei. magis quam habi
tare in tabernaculis peccator. **Q**uia
misericordiam et ueritatem dili
git deus. **G**ram et glām dabit do
minus. **N**on priuabit bonus eos
qui exultant in innocētia. **D**ñe
deus in uirtutum.
beatus homo
qui sperat in te.

otutu

Benedixisti dne terram
 tuam, auertisti captiui-
 tatem iacob. **R**emilisti
 iniquitatem plebis tue.
 operuisti omnia peccata eor. **A**u-
 gasti omnem iram tuam, auertisti
 ab ira indignationis tue. **C**onuer-
 te nos deus salutaris nr, et auer-
 te iram tua a nobis. **N**unquid me-
 terium uasce. ris nobis, aut exten-
 des iram tua a generatione in gene-
 rationem. **D**eus tu conuersus ui-
 uificabit nos, et plebs tua letabitur
 in te. **O**stende nobis dne misericor-
 diam tua, et salutare tuum da no-
 bis. **A**udiam quid loquatur dnus ^{me}
 deus, quo loquetur pacem in ple-
 bem suam. **E**t super sanctos su-
 os, et in eos qui conuertuntur ad
 nos. **V**eruntamen ipe timentes

Decorative flourishes and initials in brown ink at the bottom of the page.

eū salutare ipisunt. ut inhabitet
glā interfā nra. **M**isericordia et uer-
tas obinauerunt sibi. iusticia et pax
osillare sunt. **V**ertus de terra orta
ē. et iusticia de celo prospexit. **Q**uem
dñs dabit benignitatem. et terra
nra dabit fructum suū. **I**usticia
ante eū ambulabit. et ponet in uia
gressus suos. **P** **V** **A** **N** **V** **R** **E** **G** **I** **S**.
Aclina dñe aurem tuam et ex au-
di me. quō inops et paup sum ego.
Custrā animam meam quō scis
sum. saluū fac seruū tuū deus me
ut sperante in te. **M**isere mei dñe
quō ad te clamaui tota die. letifica
animā seruū tu. quō ad te dñe ani-
mam meā leuaui. **Q**uō tu dñe sua-
uis et misericors et multe misērie omibz
in uocantibz te. **R**uribz papeoratio
nē meā et intende uoca de

116

precationis mee. **I**n die tribula
 tionis mee clamavi ad te. quia ex
 angustiis meis. **N**on est similis tui in dyf
 dne. et n̄ est scdm̄ opa tua. **D**imuet
 gentes quas cumq; fecisti. ueniunt
 et adorabunt coram te dne. et glo
 rificabunt nomen tuū. **Q**uō mag
 nus es tu. et facies mirabilia. tu
 es deus solus. **D**educ me dne iua
 tua. et ingrediar in ueritate tua. **R**e
 taur cor meū ut timeat nomē tu
 uū. **C**onfitebor tibi dne in toto cor
 de meo. et glorificabo nomen tuū
 in eternū. **Q**uia misericordia tua mag
 na est sup me. et eruisi animā me
 am ex inferno inferiori. **D**eus in
 qui insurrexerunt sup me. et sy
 nagoga potentū querierunt ani
 mam meam. et non proposuerūt
 te in conspectu suo. **E**t tu dne deus

Deus r

miserator et misericors. patient et
multe misericordie et uerax. **R**espi
ce in me et miserere mei. da imperi
um pueris tuis. et saluum fac filium an
alle tue. **F**ac mecum signum in bo
no. ut uideant qui oderunt me et
confundant. quod tu dñe adiuuisti

Fundamenta eius in mon
tibus sanctis. diligit dñs portas
syon. super omnia tabernacu
la iacob. **G**loriosa dicta sunt de te.
ciuitas dei. **M**emor ero iacob et babil
onis. sciens me. **E**cce alienigene
et tyrus et populus ethiopum. hi
fuerunt illi. **N**unquid syon di
cet homo. et homo natus est mea.
ipse fundauit eam alassimus. **D**ñs
narrabit in scripturis populorum. et
principum horum qui fuerunt mea. **S**i

ait letancū omnium. Habuado ī te

Dñe deus saluus p̄ me
mee. in die clamau et noc
te coram te. Intret oratio
mea in conspectu tuo. Incli

na aurem tuā ad p̄cem meā. Quia
repleta ē malis anima mea, et uita
mea inferno adpropinquabit. Et
timatus sum cum descendentibus
in lacum, factus sum sicut homo in
ter mortuos liber. Sicut aduocato.

Sicut uiduerati dormientes in sepul
crist quoz non es memoz amplius, et
in de manu tua repulsi sūt.

Posuerunt me in lacu inferoz. In
tenebrosis et in umbra mortis. Sup
me confirmatus ē furor tuus, et
omnes fluctus tuos induxisti super
me. Longe fecisti uocem meam a me.
posuerunt me ab abominatione sibi.

Traditus sum et non egrediebar: oculus mei languerunt propter te. **C**lamavi ad te domine: tota die expandi ad te manus meas. **N**umquid mortuis facies in tabernaculo: aut medicina suscipiunt et confitebuntur tibi. **N**umquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: et veritatem tuam in perditione.

Numquid cognoscitur in tenebris tabernaculum tuum: et iusticia tua in terra oblivionis. **E**t ego ad te domine clamavi: et mane oratio mea preveniet te. **V**t quid domine repellis orationem meam: avertis faciem tuam a me. **P**aupe-
Cum ego et in laboribus auerentem meam: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. **I**n me transierunt irae tue: et terrores tui conturbaverunt me. **C**uram dederunt me sicut aqua: tota die: curam dederunt me sicut

Elongasti a me amicos, et proximos
 et nocui meos a miseria.
Miseriordia tua *ps. viii.*
 viii. metentium canta
 bo. **I**n generatione et ge
 nerationem. annuntiabo veritatem
 tua in ore meo. **Q**uo dixisti meten
 tum miseriordia edificabitur me
 lis, **p**parabitur veritas tua meis.
Dispositum testamentum electis meis,
 iuramentum dauid seruo meo, usq; meten
 tum **p**parabo semen tuum. **E**t edifi
 cabo in generatione et generatione
 sede tua. **C**onfitebuntur caelestia
 vilia tua dñe, et enim veritas in
 am in ecclesia sanz. **Q**uo **q**uasi **t**an
 tibul equabitur and, **f**imilis erit
 deo in filiis dei. **D**eus qui glorifica
 tur in consilio sanz, magnus et ter
 ribilis sup omnes qui in caratu ei



sunt. **D**ñe deus virtutum quis simi-
lis tibi. potens es dñe et ueritas tua
in uirtutibus tuis. **T**u dominaris po-
testas maris. motum autem fluc-
tuum eius tu mitigas. **T**u humili-
asti sicut uulnerarum superbum. in
brachio uirtutis tue dispersisti im-
micos tuos. **T**u sunt celi et terra est
terra. orbem terre et plenitudinem
eius tu fundasti. aquilonem et mare
tu creasti. **G**habor et hermon in no-
mine tuo. exaltabunt tuum brach-
ium cum potentia. **F**urmetur ma-
nus tua. et exaltetur decora tua.
iustitia et iudicium paratio sedis
tus. **M**iserere. misericordia et ueritas pre-
uent facie tua. beatus populus qui
facit uibilationem. **N**on in homine
uultus tui ambulabunt. et in no-
mine tuo exaltabunt tota die.

et iniusticia tua exaltabunt. **Qu**
 gla iustitiae eorum tu es. et in benepla-
 cito tuo exaltabitur cornu meum. **Quia**
 omnis est assumpcio nostra. et sancta israel re-
 gis nostri. **E** uno locutus es in iustione **Dum**
 sanctus tuus. et dixisti. posuisti adu-
 torium in potentia. et exaltavi electum
 de plebe mea. **I**n ueni dauid seruum
 meum. oleo sancto meo unxi eum. **Q**ua-
 nius enim mea auxiliabitur ei. et
 brachium meum confirmauit eum. **N**on
 proficiet inimicus in eo. et filius iniqui-
 tatis non apponet nocere ei. **E**t con-
 cidam a facie eius inimicos eius. et odium **† p̄i**
 tel eius in fugam conuertam. **E**t ueri-
 tas mea et misericordia mea cum ipso.
 et in nomine meo exaltabitur cornu
 eius. **E**t ponam in manu eius. et
 in fluminibus dexteram eius. **I**psa in
 uocabit me pater meus et tu. deus

editus dominus deus in eternum

Quis est homo qui uiuet et
non uidebit mortem? eruet animam su-
am de manu inferi. **U**bi sunt misere-
ricordie tue antiquae domine? sicut iurasti
dauid in ueritate tua. **M**emor es
to domine obprobrii seruoꝝ tuorū? quod
continui insinū multarum gentū.
Quod exprobrauerunt inimici tui
domine? quod exprobrauerunt comuta-
cionem xpi tui. **B**enedictus dñs in
eternum fiat fiat. **Ps. 138**

Omnis refugium fit factus
et nobis? a generatione
in generatione. **P**riusquam
montes fierent? aut formaretur ter-
ra et orbis? a seculo et usq; in seculū
tu es deus. **N**e auertas hominem
in humilitate? et dixisti conuertimini
in filij hominū. **Q**uō mille anni
ante oculos tuos? tamquā dies her-

terna que preterit. **E**t custodia
 nocte. que pro ni. • chilo habent
 eorum anni erunt. **M**ane sicut her
 ba transiat. mane floreat et transe
 at. uespere decidat induet et arefcac.
Quia defecimus in uia tua. et in fa
 tore tuo turbati sumus. **P**osuiti in
 iquitate. nra in conspectu tuo. secu
 lum nrm in inluminatione uultus
 tui. **Q**uo omnes dies nri defecerunt.
 et in uia tua defecimus. **A**nni nri si
 cut aranea meditantur. dies an
 norum nrorum in pif septuaginta anni.
Si autem in potentatibus octoginta
 anni. et amplius eorum labor et dolor.
Quo supuenit mansuetudo. et cor
 ripiemur. **Q**uis nouit potestatem
 ue tue. et pre timore tuo iram tua
 dinumerare. **O** exterioram tua sic no
 tam fac. et eruditos corde in sapien

Conuertere dñe usquequo? et
a precabuntur. esto super seruos
tuos. **R**epleti sumus mane miseriam
dia tua. exultauimus et delectati
sumus in omnibus diebus nostris. **E**tan-
sumus pro diebus quibus nos humi-
liasti. annis quibus uidimus mala.
Respice in seruos tuos et in opa tua.
et dirige filios eorum. **E**t sic splendor
dñi de patri sup nos. et opa manuum
nostrarum dirige sup nos. et opus ma-
num nostrarum. dirige.

Dominus habitabit in adiutorio
altissimi. in protectione dei
caeli commorabitur. **D**icit dñs
susceptor meus es tu. et refugium me-
um. deus meus sperabo in eum.

Quò ipse liberabit me de laqueo
uenantium. et a uerbo aspero. **S**-
capulis suis obumbrabit tibi. et

subpeuus ei sperabis. **S**auo circum
 dabit te ueritas eius, non timebis
 animore nocturno. **A** sagitta uolan
 te indie, anegocio per ambulante
 incenebris, ab incurfu et demonio
 meridiano. **C**adent alacere tuo
 mille, et decem milia adextis tuis,
 ad te autem non adpropinquabit.
Veruntamen oculis tuis considera
 bis, et retributionem peccatoru uide
 bis. **Q**uo tu es dñe spes mea, altis
 sinum posuisti refugium tuu. **N**on
 accedet ad te mahim, et flagellu
 non adpropinquabit taberna
 culo tuo. **Q**uo angelis tuis man
 dauit de te, ut custodiant te in
 omnibus uys tuis. **I**n manibus
 portabunt te, ne forte offendas,
 ad lapidem pedem tuu. **S**up aspi
 dem et basiliscu ambulabis, et u

calcabit leonem et draconem. Quō
in me speravit liberabo eū. protegā
eū quō cognouit nomen meum. Cla
uit ad me et exaudiam eū cum ipō
sum in tribulatione. eripiam eū et
glorificabo eū. Longitudine dierū
replebo eū. et ostendam salutare

Bonum est confiteri dno. et psallere
nomini tuo altissime. Ad
annunciandū mane mise
ricordiam tuā. et ueritatē tuam p
noctem. In decimo psalterio. cū
canto in cythara. Quia delectasti
me dñe in factis tuis. et in operibz
manuū tuarū exultabo. Quia
magnificata sunt opera tua dñe.
nimis profunde facte sunt cogitatio
nes tue. Vir insipiens non cogno
scet. et stultus non intelliget hec.

Um exhortati fuerint peccatores, et
 apparuerint omnes qui operantur
 iniquitatem. **E**t intereant in seculum
 seculi. tu autem altissimus in eter-
 num dominus. **Q**uod ecce inimici tui
 domine quod ecce inimici tui peribunt, et
 dissipentur omnes qui operantur iniqui-
 tatem. **E**t exaltabitur sicut unio-
 nis cornu meum, et senectus mea in
 misericordia uberi. **E**t despexit
 oculus meus inimicos meos, et in-
 surgentibus in me malignantibus
 audivit auris mea. **I**ustus ut pal-
 ma florebit, sicut cedrus ubi multi-
 plicabitur. **P**lantae in domo domini,
 in atriis domus dei nostri florebitur.
Ad huc multiplicabuntur in se-
 nectate uberi, et bene patientes
 erunt ut annuntient. **Q**uod verus
 dominus deus meus, et non est iniquitas in eo.

J. M. J.

Dominus regnauit
uir decore inductus ē in
dignus est dñs fortitudinē
et p̄ncipat se. **E**cce enim

firmantur ordinem terre, qui non cō
mouebitur. **P**arata sedes tua ex
tunc. aseculo tu es. **E**leuauerunt

flumina dñe, eleuauerunt flumi
na uocem suam. **E**leuauerunt flu
mina fluctus suos, auocibus aqua
rum multarum. **Q**uabiles elatio
nes maris, mirabilis in altis dñs,

estimonia tua credibilia facta
sunt nimis. domū tuā decet sancti
tudo dñe, in longitudine dierum,

Eus uisionū dñs, deus uisionū liber
egit. **U**ltare qui iudicā
terram, reddere retribu
tionem sup̄bis. **U**quoquo peccato

res dñe. usque peccatores gloriabun-
 tur. **S**fabuntur et loquentur iniq-
 tatem. loquentur omnes qui
 opantur in iusticiam. **P**opulum tu-
 um dñe humiliaverunt. et heredita-
 tem tuā uexauerunt. **V**idnam et
 aduenam interfecerunt. et pupillos
 occiderunt. **E**t dixerunt non uide-
 bit dñs. nec intelliget deus iacob.
Intelligite insipientes in populo. et
 stulti aliquando sapite. **Q**ui plan-
 tavit aurem non audiet. aur qui
 finxit oculum non considerat. **Q**ui
 corripit gentes non arguet. qui do-
 cet hominem scienciam. **N**il scit
 cogitationes hominum. quō uane
 sunt. **B**eatul homo quem tu erudi-
 eris dñe. et de lege tua docueris eū.
Vt mitiges ei adiebus malis. do-
 nec solidetur peccatoru fouea. **Q**uia

⁂
 U
 E

non repellat dñs plebem suam. et
hereditate suam non derelinquet.
Quo aduulg; iusticia conuertatur
in iudiciu; et qui iuxta illam omnes
qui recto sunt corde. **Q**uis conser-
get michi aduersus malignantes.
aut stabit mecu; aduersus operan-
tes iniquitate. **N**isi quia dñs adiu-
uit me. paulominus habitasset in
inferno anima mea. **S**i dicebam
motus est pes meus. misericordia tua
dñe adiuuabat me. **S**ecundum
multitudinē dolorum meorum iocun-
de meo. consolationes tue letifica-
uerunt. **R**umquid
adheret tibi sedes iniquitatis. qui
fugis laborem in precepto. **C**apta
bunt in animā iusti et sanguine
innocentem condempnabunt. **E**t
factus ē dñs michi in refugiu; et

quis



deus meus in adiutorium spei mee,

Et reddet illis iniquitatem ipsorum
et in malitia eorum disperdet eos.
disperdet illos dominus deus noster.

Venite exultate
in domino. iubilemus deo
salutari nostro. **P**reoccupemur
faciem eius in confessione
et implaemus iubilemus ei.

Quoniam deus magnus dominus et rex magnus
super omnes deos. **Q**uia in manu
eius fines terre et altitudines
montium ipsius sunt. **Q**uia ipsius
est mare et ipse fecit illud. et siccam
manus eius formaverunt. **V**enite
adoremus et prociadamus et ploremus
ante dominum qui fecit nos. quia
ipse est deus noster. **E**t nos populus
pascue eius. **E**t omnes manus eius.
hodie si vocem eius audieritis nolite

Handwritten flourish or signature

obdurare corda uia. **S**icut irrita
aone. **S**ecundum diem temptationis uide
seruo. **U**bi temptauerunt me pa
tres istius probauerunt et uiderunt
opera mea. **Q**uadragesima annis
offensus sui generationi illi. et di
xi semper eriant corde. **E**t isti non
cognouerunt uias meas. ne uia
ui inua mea. si mirabuntur in requi
Annate **P**ro **C**em mea.
Annate **P**ro **C**em mea.
anno cantat noui. **C**anta
tate anno omni terra. **C**an
tate anno et benedicite no
mini eius. **A**nnate de die idie
salutare eius. **A**nnate inter
gentes gloriam eius. **I**n omnibus popu
lis mirabilia eius. **Q**uo magnus
dicitur et laudabilis nimis. **T**erribi
lus est super omnes deos. **Q**uo omnes
dum gentium demonia. **D**icitur autem

celos feat. **C**onfessio et pulcritudo
 in conspectu eius. Sanctimonia et
 magnificencia in sanctificatione
 eius. **A**fferre dno parie genarum.
 afferre dno glam et honorem. affer
 re dno glam nomini eius. **C**ollite
 hostias et introite mania eius. ad
 orate dnm in antio scd eius. **C**omo
 ueatur a face eius uniuersa terra.
 diate in gentibz quia dnc regnauit.
Et enim correxit orbem qui no con
 mouebitur. **I**udicabit ^{plus}
 iniquitate. **L**etentur celi et ex
 ultet terra. **C**omoueatnr mare et
 plentudo ei. gaudebunt campi
 et omnia que in eis sunt. **T**unc ex
 ultabunt omnia ligna siluarum
 a face dmi quia uenit. qud uenit
 iudicare terram. **I**udicabit orbem
 terre iniquitate. **E**t populos inue
 nitare sua.

Dominus regnauit **ps v**
exultet terra. letentur in
sile multe. **N**ubes et cali
go marantur eius. iustitia
et iudicium correctio sedis eius. **I**
gnis ante ipm pcedet. et inflamma
bit iniquitatu inimicos ei. **F**luxe
runt fulgura eius orbi terre. uidit
et commota e terra. **M**ontes sicut
cera fluxerunt a facie dñi. a facie
dñi omnis terra. **A**nnunciauerunt
celi iusticiam eius. et uiderunt om
nes populi glam eius. **C**onfundan
tur omnes qui adorant sculptura.
et qui gloriantur in simulacris su
is. **A**dorate eu omnes angeli eius.
audiuunt et letata e syon. **E**t exul
tauerunt filie iude. propter iudi
cia tua dñe. **Q**uo tu dñs altissim'
sup omnem terram. nimis exalta

ANNO 1514

1514

Auertal faciem tuam a me, in qua
 amque die tribulor, inclina ad me
 autem tua. **I**n quacumque die inuo
 cauero te, uelociter exaudi me. **Q**uia
 defecerunt sicut cinis dies mei, et
 ossa mea sicut cinis aruerunt. **P**er
 cussus sum ut fenit et aruit cor me
 um, quia oblitus sum comedere pa
 nem meum. **A**uocae gemitus mei,
 adhesit os meum carni mee. **S**imi
 lis factus pellicano solitudinis, factus
 sum sicut ni cytorax in domo habo.
Sigilavi, et factus sum sicut pas
 ser solitarius in agro. **S**ota die expro
 brabant michi inimici mei, et qui
 laudabant me aduersum me uua
 bant. **Q**uia cinerem tanquam pa
 nem manducabam, et poculum me
 um cum fletu miscebam. **A**facie
 ue indignationis tue, quia ele

uand allististi me. **D**iel mei sicut um
bra declinauerunt, et ego sicut fe
num arui. **S**u autem dñs in eter
num pmanet, et memoriale tui
in generatione et generatione. **T**u
exurgens misereris syon, quia
tempus miserendi eius quia ue
nit tempus. **Q**uò placierunt ser
uis tuis lapides eius, et terre eius
misereruntur, et timebunt gen
tes nomen tuum dñs, et omnes
reges terre glām tuā. **Q**uia edifi
cabit dñs syon, et uidebitur in
glā sua. **R**espexit in orationē hu
milium, et non spreuit p̄c̄ eorū.
Scribantur hec in generatione
alterā, et populus qui creabitur
laudabit dñm. **Q**uia prospexit
de excello sc̄o suo, dñs de celo in

in terram aspexit. **U**t audiret go-
 nitus compeditorum, ut solueret
 filios inceptorum. **U**t annun-
 ciant in syon dñi, et laudem eius ^{in nome}
 in iherusalem. **I**n conueniundo po-
 pulos in unum, et reges ut seruant
 dño. **R**espondit ei in uia uirtutis
 sue, paucitatem dierum meorum nun-
 cia michi. **D**e reuocet me in dimi-
 dio dierum meorum, in generationem
 et generationem anni tui. **I**ncio
 tu dñe terram fundasti, et opera
 manuum tuarum sicut celi. **I**psi
 peribunt, tu autem permanes, et
 omnes sicut uestimenta ueterascet.
Et sicut operitorum mutabis eos
 et mutabuntur, tu autem idom-
 ipse es, et anni tui non deficient.
Filii seruorum tuorum habitabunt, et
 semen eorum in seculum unum dirigitus.



Benedic anima mea dño. et
omnia que intra me sunt no
mini sancto eius. **B**enedic
anima mea dño. et noli obli
uisci omnes retributiones eius. **Q**ui
propiciatur omnibus iniquitatibus tu
is. qui sanat omnes infirmitates tu
as. **Q**ui redimur de interitu uitam
tuam. qui coronat te in misericordia
et miserationibus. **Q**ui replet inbo
nis desiderium tuum. renouabitur ut
aqua de iuuentus tua. **F**aciens mise
ricordias dñs. et iudicium omnibus
iniuriam patientibus. **N**otal fecit
uias suas moysi. filijs israhel uolun
tates suas. **M**iseratur et misericors
dñs. longanimus et multum mise
ricors. **N**on in perpetuum irascitur.
neq; in eternum comminabitur.
Non secundum peccata nostra fecit no

his neq; secundum iniquitates
 nras retribuit nobis. **Q**uo secundu
 altitudinem celi a terra, corrobora
 ramus misericordiam suam super
 timentes se. **Q**uamcum distat or
 tus ab occidente, longe fecit a nobis
 iniquitates nras. **Q**uomodo misere
 retur pater filiorum, miseratus e dñs
 timentibus se, quo ipse cognouit sig
 namentum nr̄m. **R**ecordatus e quo
 puluis sumus, homo sicut fenum, di
 es eius, tamquam flos agri sic efflo
 rebit. **Q**uo ipse praesens in illo et
 non subsistet, et non cognoscerit am
 plius locum suum. **M**isericordia autem
 dñi ab eterno et usq; in eternum, sup
 er timentes eum. **E**t iusticia illius
 in filios filiorum, his qui seruant tes
 tamentum eius. **E**t memores sint
 mandatorum nr̄a, ad faciendā ea,

An. *Q*uamuis meus ad te ueniat deus

A sedem.

Seminus in celo parauit sua? et
regna in suis omnibus dominabitur
omnibus **B**enedicite dno angeli eius? poten
tes uirtute? facientes uerbum illius?
ad audiendam uocem sermonum
eius. **B**enedicite dno omnes uirtu
tes eius? ministri eius qui faciunt
uoluntatem eius. **B**enedicite dno
omnia opa eius? in omni loco domi
nationis eius? benedic anima mea
Benedic *p* **omnibus** **C**ano.
Danima mea dno? dne deus
meus magnificatus es ue
hementer. **C**onfessionis et
decoris induisti? amictus lumine
sicut uestimento. **E**xtendens celum
sicut pellem? qui tegit aquis sup
iora eius. **Q**ui ponit nubem albam
sim tuam? qui ambulat super pen
nas uentorum? **Q**ui facit angelos tuos

sp̄s et ministros tuos ignis urentes.
Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. **A**bysus sicut uestimentum amictus eius. Super montes stabunt aque. **A**b increpatione tua fugient, a uoce tonitru tui formidabunt. **A**scendunt montes et descendunt campi, in locum quem fundasti eis. **T**erminum posuisti quem non transgrediantur, neque conuertentur opere terram. **Q**ui emittit montes in conuallibus, inter media montium praesentabunt aque. **P**otabunt omnes uestie agri, expectabunt onagri in ista sua. **S**uper ea uolucres celi habitabunt, de medio pecarum dabunt uoces. **R**igant montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum facietur terra. **P**roducent



feruum iumentis. et herbam feru-
turi hominū. **U**t educat panē de
terra. et uinū letificet cor hominis.
Et exhylaret faciem moleo. et pa-
nis cor hominis confirmet. **S**ati-
rabuntur ligna campi. et cedri li-
bani quāsi plantauit. illic passeret
nidificabunt. **H**eredy domus dux
ē cor. et montes excelsi ceruus. peccā-
tū refugium erinacis. **F**ecit lunam
in tempora. sol cognouit occasum
suum. **P**osuiti tenebras et facta ē
nox. in yā perhibunt omnes bel-
tæ filius. **C**atuli leonū rugientes
ut rapiant. et querant a deo escam
sibi. **Q**uātū ē sol et congregati sunt.
et in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suū. et ad
operationē suam usq; ad uesperā.
Quam magnificata sunt opa tua

catu

11

dñe: omnia insapientia fecisti. im
 pleta est terra possessione tua. +
Hoc mare magnum et spacioum + **G**lo
 ribus. illic reptalia quorum fñest
 numerus. **A**nimalia puilla cũ mag
 nis. illic naues pertransibunt. **D**ra
 go iste que formasti ad uindictam ei.
 omnia ate expectant ut des illis
 escam in tempore. **V**ante te uis colli
 gent. aperient te manu tua. omnia
 implebuntur bonitate. **R**uertente
 autem te faciem turbabuntur. auste
 rit spm eor et deficient. et impulue
 rem suam reuertentur. **E**mitte spm
 tuum et creabunt. et renouabis face
 rem. **S**it gla dñi in seculum. letabit
 dñs in operibus suis. **Q**ui respicit ter
 ram et facit eam tremere. qui tan
 git montes et fumigant. **C**antabo
 dño in uita mea. psallam deo meo.



quam diu sum. **I**ocundum sit ei
eloquium meum. ego uero delectabor in
Dno. **D**eficiant peccatores a terra. et
iniqui ita ut non sint. benedic ani-

Mea dno. **P**ro auro
Dificemini dno et inuoca-
te nomen eius. annunciate
inter gentes opa eius. **Q**an-
tate et psallite ei. narrate omnia mi-
rabilia eius. **L**audamini in nomine
sco eius. letetur cor querentiu dnm.
Querite dnm et confirmamini.
querite faciem eius semper. **M**emen-
tote mirabiliu eius que fecit. pro-
digia eius et iudicia oris eius. **S**e-
men abraham serui eius. filii iacob
electi eius. **I**pe dnl deus nrx inu-
niuersa terra iudicia eius. **M**emor
fuit in seculum testamenti sui. uerbi
quod mandauit in mille generati-

ones. Quod disposuit ad abraham.
 et iuramenti sui ad ysaac. Et sta-
 420 tuit iacob in proceptum. et israhel
 in testamentum eternum. **O** iens
 tibi dabo terram chanaan. sicut
 iuramentum hereditatis iure. **C**um essent
 numero breues. paucissimi et incole
 eius. Et pertransierunt de gente
 ingentem. et de regno ad populum
 alterum. **N**on reliquit hominem
 nocere eis. et corripuit pro eis re-
 ges. **N**olite tangere xpus meos. et
 in prophetis meis nolite maligna-
 ri. **E**t uocatus samen super terram.
 et omne firmamentum panis co-
 truit. **I**stis ante eos iurum. in
 ferrum uenundatus est ioseph.
Humiliauerunt in conpedibus
 pedes eius. ferrum pertransierunt
 animam eius. donec ueniret uer-

bum eius. **Q**uoniam dñi inflamma-
uit eū, misit rex et soluit eū, prin-
cipal populorum et dimisit eum.
Constituit eum dñm domus sue,
et principem omnis possessionis
sue. **V**t erudiret principem eius sicut
semetipm, et senes eius prudentia
am doceret. **E**t incitavit israhel
in egyptum, et iacob agricola fuit in ter-
ra cham. **E**t auarit populum suum
uehementer, et firmavit eum sup
muros eius. **C**onuertit cor eorum
ut odirent populū eius, et dolum
facerent in seruos eius. **M**isit moy-
sen seruum suū, aaron quem elegit
ipm. **P**osuit in eis uerba signorum
suoꝝ, et prodigiorum in terra cham,
Misit tenebras et obscurauit eos,
et non exacerbauit sermones suos.
Conuertit aquas eoz in sanguine.

cia

et occidit pisces eorum. **P**rodidit terra
 terra eorum tanquam inpenetrabilibus re-
 gum ipsorum. **D**ixit et uenit quoniam
 et quoniam in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuia eorum grandinem.
 ignem comburentem in terra ipsorum.
Et percussit vineas eorum et ficulneas
 eorum et conuertit lignum finium eorum.
Dixit et uenit locusta et bruchus
 cuius non erat numerus. **E**t come-
 dit omne fenum eorum in terra eorum et
 omne fructum terre eorum. **E**t percussit
 omne primogenitum in terra eorum.
 primitias omnis laboris eorum. **E**t edu-
 xit eos cum argento et auro et non
 erat in tribubus eorum infirmus. **L**e-
 tata est egyptus in profectione eorum
 quia incubuit amor eorum super eos. **E**t
 pandit nubem in protectionem eorum
 et ignem ut luceret eis per noctes. **P**er




An **V**etetur cor querenau dnm
s. **Q**uerite dnm et confirmamini.

erunt, et uenit opurux, et pane
celi saturauit eos. **D**urupit petram
et fluxerunt aque, abierunt in sicco
flumina. **Q**uo memor fuit uerbi
sui sui, quod habuit ad abraham pu
erum suu. **E**t eduxit populu suum
in exultatione, et electos suos in len
cia. **E**t dedit illis regiones gentium
et labores populorum possederunt.
Ne custodiant iustificationes eius,

Rer legem eius requirant.
Dnfitemini dno quod tonul,
quod in seculu misericordia
eius. **Q**uis loqueatur poten
tias dno, audiat faciet omnes lau
des eius. **B**eati qui custodiunt iudi
cium, et faciunt iusticiam in omni
tempore. **M**emento nri dne in be
neglacio populi tui, uisita nos in
salutari tuo. **R**adudendu in bona

re electorum tuorum. adlectandū in
 leticia gentis tue. ut lauderis cum
 hereditate tua. **P**ercussimus cum
 patribus nris. in iuste egimus iniqui
 tatem fecimus. **P**atres nri in egypto
 non intellexerunt mirabilia tua. non
 fuerunt memores multitudinis mi
 sericordie tue. **E**t irritauerunt ascen
 dentes in mari. mari rubro. **E**t sal
 uauit eos propter uocem suam. ut
 notam faceret potengam suam. **E**t in
 crep. uic mare rubrum eo exsiccatum
 est. et deduxit eos in abyssi sicut in
 deserto. **E**t saluauit eos de manu
 odientium. et redemit eos de manu
 inimici. **E**t operuit aqua tribulan
 tes eos. unius excels non remansit.
Et archiderunt in uerbis ei. et lau
 dauerunt laudem eius. **Q**uoc fecerit
 oblia sunt opū ei. non sustinuerunt



consilium eius. **E**t concupierunt co-
cupiscentiam in deserto, et temptave-
runt deum in in aquoso. **E**t dedit eis
peccationem ipsorum, et misit satum iram
in animal eorum. **E**t irritaverunt
moysen in castris, aaron sanctum domini.
Aperta est terra et deglutivit clarum,
et operuit super congregationem a-
bram. **E**t exaruit ignis in synagoga
eorum, flamma combussit peccatores.
Et fecerunt vitulum morem, et
adoraverunt sculptile. **E**t mutave-
runt gloriam suam, in similitudinem vi-
tuli comedentis fenum. **O** vici sumus
deum qui salvavit eos, qui fecit
magnalia in egypto, mirabilia in ter-
ra chanaan, terribilia in mari rubro.
Et dixit ut disperderet eos, si non
moyses electus eius steteret in con-
fractioe eius. **E**t auerteret iram

eius ne disperderet eos, et pro nu-
 chilo habuerunt terram desiderabile
Non crediderunt uerbo eius, et non
 inuenerunt in tabernaculis suis,
 non exaudierunt uocem dñi. **E**t ele-
 uauit manū suā super eos, ut pro-
 sterueret eos in deserto. **E**t ut dixeret
 semini eorum in nationibus, et di-
 spergeret eos in regionibus. **E**t in-
 atri sunt beelphegor, et comederunt
 sacrificia mortuorum. **E**t irritauerunt
 eum in adinueniencijs suis, et mul-
 tiplicata est in eis ruina. **E**t stetit si-
 ne eis et placuit, et cessauit quassa-
 cio. **E**t reputati sunt in iusticiam, in
 generatione et generatione usque
 in sempiternum. **E**t irritauerunt
 eum ad aquā contradictionis, et ue-
 xatus moyses propter eos, quia ex-
 acerbauerunt spm eius. **E**t distin-

xit in labijs suis, non disperdidit
gentes qual dicit dñs tuus. **E**t con
mista sunt inter gentes, et didice
runt opera eoz et seruerunt sculp
tilibz eoz, et factum est illis in sa
dalum. **E**t immolauerunt filios
suos, et filias suas demonijs. **E**t es
tulerunt sanguinem innocentem,
sanguinem filioz suoz et filiaru su
arum, qual sacrificauerunt sculpu
tilibz chanaan. **E**t interfecta e ter
ra in sanguinibz, et contaminata
e in operibz eoz, et fornicati sunt in
ad inuentionibz eoz. **E**t uisus e fu
rore dñs in populu suu, et abhomin
tus e hereditatem suam. **E**t tradi
dit eos in manus gentium, et domi
nati sunt eoz qui oderunt eos. **E**t
tribulauerunt eos in iudicia eoz, et
humiliati sunt sub manibz eorum.

sepe liberauit eos. **I**pi autē exa
cerbauerunt eū in consilio suo. et
humiliati sunt in iniquitatibus sui
is. **E**t iudicium cum tribulatione: et
audiuit orationem eorum. **E**t memor
fuit testamenti sui. et penituit eū
secundū multitudinē misericordie
sue. **E**t dedit eos in misericordias.
in conspectu omnium qui ceperunt
eos. **S**aluos fac nos dñe deus nŕ.
et congrega nos de nationibus. **V**t
confiteamur nomini sŕo tuo. et glo
riemur in laude tua. **B**enedictus
dñs deus israhel a seculo et usque
in seculum. et dicet omnis populus
Confitemini **C**lar fiat
dño quō bonus. quō in se
culum misericordia eius. **D**icat
qui redempti sunt a dño.
quos redemit de manu inimici. et

de regionibus congregauit eos.
A solis ortu et occasu, ab aquilone
et mari. **G**risauerunt in solitudi-
ne iniquo solo, inam ciuitatis ha-
bitaculi non inuenerunt. **E**siuri-
entes et siccitibus, anima eorum in
ipsis defecit. **E**t clamauerunt ad
dominum cum tribularentur, et de-
necessitatibus eorum eripuit eos. **E**t
deduxit eos in uiam rectam, ut
uenerint in ciuitatem habitationis.
Confiteantur autem misericordie
eius, et mirabilia eius filij homi-
num. **Q**uia saquiuit animam in
anem, et animam esurientem facia-
uit bonis. **S**edentes in tenebris et
umbra mortis, unctos in mendica-
tate et fero. **Q**uia exacerbauit
eum eloquia dei, et consiliu am-
plum uittauerunt. **E**t humiliata



tum est in laboribus cor eor. et in
 firmati sunt. nec sunt qui adiuua
 res. Et clamauerunt ad dñm cum
 tribularentur. et de necessitatibz eor
 liberauit eos. Et eduxit eos de te
 nebris et umbra mortis. et uniuersa
 eor dirupit. Confiteantur dño mi
 sericordie eius. et mirabilia eius fi
 liis hominū. Quia contriuit por
 tal creat. et uectes ferreos confregit.
 Suscepit eos de uia iniquitatu eor.
 propter iniusticias enim suas hu
 miliaati sunt. Quoniam inuenerunt
 ab hominibus anima eor. et ad
 propinquauerunt usq; ad portas
 mortis. Et clamauerunt ad dñm
 cum tribularentur. et de necessita
 tibus eor liberauit eos. Misit uer
 bum suū et sanauit eos. et eripu
 it eos de interitionibus eor. Confi

oia

teantur dno misericordie ei. et
mirabilia eius filij hominu. Et
sacrificent sacrificium laudis. et
annuncient opera eius in exulta
tione. **Q**ui descendunt mare in
naubus. facientes operationem
in aquis multas. **I**psi uiderunt
opera dni. et mirabilia eius in
profundo. **Q**uare et stetit spiritus
procelle. et exaltati sunt fluctus
eius. **A**scendunt usq; ad celos et de
scendunt usq; ad abyssos. inima
eorum in malis tabescebat. **T**urbati
sunt et moti sunt sicut ebrus. et
omnis sapientia eorum deuorata e.
Et clamauerunt ad dnm cum
tribularentur. et de necessitatibus
eorum eduxit eos. **E**t stant procel
lam eius in auxilium. et stiterunt
fluctus eius. **E**t letati sunt quia

1

siluerunt. et deduxit eos in portū
 uoluntatis eorū. **C**onfiteantur dño
 misericordie eius. et mirabilia ei
 sunt hominū. **E**t exalcent eū in
 ecclesia plebis. et in kathedra se-
 morum laudent eū. **P**osuit flumi-
 na in desertū. et exitus aquarū in
 sitim. **T**erām fructiferam in sal-
 tuginem. a malicia habitacū in
 ea. **P**osuit desertum in stagna
 aquarum. et terram sine aqua in
 exitus aquarum. **E**t collocauit il-
 lie esurientes. et constituerunt ci-
 uitatem habitacōnis. **E**t semina-
 uerunt agros et plantauerunt ui-
 neas. et fecerunt fructum uacuita-
 tis. **E**t benedixit eis et multipli-
 cari sunt iunil. et uumenta eorū
 non minorauit. **E**t pauci facti sūt.
 et uexati sunt tribulatione maloy

an. Deuereclitibus meis libera nos dñe

et dolore. **F**alsa est contencio sup
principes. et errare fecit eos in in
mo et non in uia. **E**t adiunxit pau
perem de inopia. et posuit sicut
oues familias. **V**idebunt recti et
letabuntur. et omnis iniquitas
opprobrio os suus. **Q**uis sapiens et
custodiet hec. et intelliget miseri
cordias dñi. **V. V. au. v.**

Paratum cor meum deus.
paratum cor meum. cantabo
et psallam in gla mea. **E**t
urge psalterium et cythara. exurga
dulcicanto. **C**onfitebor tibi in popu
lis dñe. et psallam tibi in nationi
bus. **Q**uia magna super celos mi
sericordia tua. et ueritas tua usq
ad nubes. **E**xaltare super celos
deus. et super omnem terram gla
tua. ut libereantur dilecti tui. **S. al**

num fac dextera tua et exaudi me,
 deus locutus est in sancto suo. **Et**
 ultrabo et diuidam sicutimam, et co
 uallem tabernaculorum dumeclar.
Meus est galaabid et meus e ma
 nassel, et effraim suscepio capitis
 mei. **I**uda rex meus, moab lebel
 spei mee. **I**n idumeam extendam
 calcamentum meum, michi alieni
 gene amia facti sunt. **Q**uis dedu
 cer me in ciuitatem inimicam, qui
 deducet me usq; in idumeam. **N**on
 ne tu deus qui repulisti nos, et non
 exhibis deus in uirtutibus nris. **D**a
 nobis auxilium de tribulatione,
 quia uana salus hominis. **I**n deo
 faciemus uirtutem, et ipse ad ni
 chiu deducet inimicos
 nostros. **P**sa. **E**ius laudem meam ne

tacuerit. quia os peccatoris et os
dolosi super me apertum est. **Q**uoniam
sunt aduersum me lingua dolosa.
et sermonibus odij circumdederunt
me. et expugnaverunt me gratis.
Pro eo ut me diligerent detrahe-
bant michi. ego autem orabam. **E**t
posuerunt aduersum me mala pro
bonis. et odium pro dilectione mea.
Constitu super eum peccatorem.
et diabolus stet aduersus eum. **C**um
iudicatur exeat condemnatus. et
oratio eius fiat in peccatum. **F**iant
dies eius pauci. et episcopatum eius
accipiat alter. **F**iant filij eius or-
phani. et uxor eius uidua. **R**u-
tantes transferantur filij et men-
dicent. et iaciantur de habitacionibus
suis. **S**cribetur de generatore omnem
substantiam eius. et diripiant labores

eius
 et

ahem

eius. **N**on sit illi adiutor, nec sit
 qui misereatur pupillis eius. **F**i-
 ant uani eius in teritium, in gene-
 ratione una deleatur nomen eius.
In memoriam redeat iniquitas
 patrum eius in conspectu domini,
 et peccati matris eius non deleat.
Fiant contra dnm semper, et di-
 spernat de terra memoria eorum,
 pro eo quod non est recordatus fa-
 cere misericordiam. **E**t persecutus
 est hominem inopem et mendica-
 cum, et compunctum corde morti-
 ficare. **E**t dilexit maledictionem
 et ueniet ei, et noluit benedictio-
 nem et elongabitur ab eo. **E**t in-
 diuit maledictionem sicut uestime-
 ntum, et incitauit sicut aqua in in-
 teriora eius, et sicut oleum in os-
 sibus eius. **F**iat ei sicut uestimen-

tum quo operitui: et sicut bona
qua semper pangit. **H**oc opus
eorum qui derisunt michi apud do-
minum, et qui locuntur mala ad-
uersus animam meam. **E**t tu domine
domine fac mecum propter nomen tuum.
Quia suavis est misericordia tua,
libera me quia egenus et pauper
ego sum, et cor meum concitatum
est in ira me. **S**icut umbra cum
declinat ablatum sum, et excussus
sum sicut locusta. **G**enua mea
infirmitata sunt a ieiunio, et caro
mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum obprobrium illis,
quidderunt les mouerunt capita sua.
Adueria me domine deus meus,
saluum me propter misericordiam tuam
et sciant quia manus tua hec, et
tu domine fecisti eam. **M**edicamentum

secundum

ali et tu benedicet. qui insurgunt
in me confundant. letabitur autē tuus
letabitur. Induamur qui detrahunt
michi pudore. et operiantur sicut
dyplode confusione sua. Confite
bor dno in ore meo. et in me
dio multorū laudabo eū. Qui assistit
a dextris pauperis. ut saluam
